



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1712

Conclusio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42433



CONCLUSIO.

Monitus fueram Româ ab aliquo Pa-
tre è Societate nostra de corri-
gen-
do illo , quod scripseram , circa
Missam & Officium propter Reliquias de San-
cto non descripto in Martyrologio Romano,
prout retuli & correxi hîc n. 2074. Id cùm
significassem à me factum esse , & addidisseм
Decreta aliqua circa Missam , Officium in
choro & Horas Canonicas Pragæ impressa ,
esse adjicienda huic tomulo , ut de illis resci-
retur in his partibus , ac possemus nos exactè
conformare Ritui Romano , sive paulatim
inducere in praxin decoram illam uniformi-
tatem Rituum in publicis Officiis divinis ,
postquam illa ipsa jam dudum prælum subiê-
rant , iterum moneor ex Urbe , fortè id im-
probandum , cùm ignoretur , an Decreta illa
omnia , prout jacent , authentica sint. Sed cùm
non proposuerim velut certò authentica , è
contrà n. 2056. & seqq. expressè dixerimi ,
me dare bonâ fide , quâ accepi , nec scire , an
omnia authentica sint necne ; hoc me scire , quod
non omnia eisdem verbis emanârint , ac proinde
optare , ut Collector genuinum sensum attigerit :
non existimo improbandum , si prout sunt

per-

C O N C L U S I O.

pervulgata per Bohemiam & Germaniam superiorem , etiam hic ac alibi veniant ad manus & oculos Lectoris : credo enim quoad substantiam genuina esse , & frequentissime legi in editis libris ad eum sensum relata. Studebo interim accipere certitudinem circa illa, inseramque suis locis: paratus semper corrigerem vel emendare , speciatim in ultimo tomulo , qui proxime Deo dante sequetur: aut etiam posthac in alia impressione penitus omittam , si ita consultum esse videbitur.

F I N I S.

